UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

1. Quot anni post Samsonem Helitribuendi sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

NOTÆ ET QVAESTIONE[S] CHRONOLOGICÆ IN LIBROS REGVM.

Initium libri 1. Regum.

HOs libros ab initio Præfecturæ Heli omnes auſpicantur, e[t]
nullam de Heli mentionem in libris præcedentibus reperi[mus]
pus autem quod Heli tribuitur, auſpicor ab anno Exodi 3[..]
verò 2900. cum Torniello, & Saliano, quibus ſubſcribit Caſ[p]
ctius in libros Regum prolegomeno 3. Bonfrerius quinquennium hinc [..]
dum putat. Vincentius lib. 2. Spec. hiſt. cap. 78. primordia Heli conijcit [..]
mundi 2809. Petauius 2849. Capellus 2860. Bucholcerorum quarta [..]
Caluiſius 2810. Quot annos libri Regum complectantur videbim[us]
dante ſub finem lib. 4. quem certum eſt, excidio Ieroſolymitano finiri.

I. REGVM IV. v. 18.

Heli ſenex erat, vir & grandæuus & ipſe iudicauit Iſraël 40. annis.

QVÆSTIO I.

Quot anni poſt Samſonem Heli tribuendi ſ[int]

Anni Heli ex Scriptura.

1. SAcri codices Latini & Hebræi annos 40. Præfecturæ Heli attri[buunt]
loco, quibus aliqua exemplaria Græca conſentiunt, vt patet ex R[e]
blijs, & ijs quæ purè Græcè edita ſunt in Germania Francofurti an. 15[..]
ipſum monent notæ ordinariæ & Nobilij in 70. 1. Reg. 4. Sixtina ve[ro]
70. ait Heli iudicaſſe annos 20. quem numerum iam olim apud 70. [..]
tur Euſebius, & alij nonnulli eius veſtigia ſecuti. Hic autem quæſtio [..]
quot annos Chronologicos ab annis Samſonis diſtinctos Heli ad[..]
porteat.

1. Opinio.

2. Q. Iulius Hilarion dat Heli 20. annos: ſed hunc inter & Samſonem [..]
vnum Semergaris, & 30. interregni inſerit. Idem fermè habet Ced[renus]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſt Samſonem dat annum Sumani; anarchiæ 40. tum Heli 20. Igitur ex ſententia Hilarionis, ab obitu Samſonis ad obitum Heli decurriſſent anni 51. Cedreni verò 61. Sed dubium non eſt, quin hi auctores in Codices vitioſos inciderint.

3. Andreas Maſius ſub finem libri Ioſue: *nuſquam*, ait, *functum vllo principis officio Samſonem eſſe memini. Tantum abfuit, vt liberaret ille populum à Palæſtinorum iugo, vt vinctus ipſe iſtis tanquam dominis dederetur à ſuis popularibus. Sed neque liberaturum eſſe promiſerat parentibus Angelus Dei: verum libertatem inchoaturum modo, quam deinde Samuel poſt illius & Heli exceſſum eſſet perfecturus, videlicet.* Quæ doctrina nonnullis recentiorum perplacet, & aiunt aduerſus hoc Maſij decretum, Genebrardi, Serarij, Tornielli & aliorum reprehenſionem nihil promouere. Quod decretum vt confirment, aſſerunt ſeruitutem ſextam 40. annis circumſcriptam, cum Samſonis & Heli annis commiſceri, & vſq; ad Samuelis tempus extendi: Heli iudicaſſe quidem annos 40. vt habet Latinus & Hebræus; ſed 20. priores fuiſſe ipſi cum Samſone communes, 20 poſteriores, oppreſſo Samſone Heli ſolius conſeri iuxta 70. interpretum tranſlationem. Sulpitius etiam & Samerius 40. annos Samſoni ſimul & Heli attribuunt. *2. Opinio.*

4. Hanc recentiorum interpretationem ea ex parte probo, qua Hebræam & Latinam editionem cum Græca ita componit, vt neutri falſum impingat; ſed ſua vtrique textui veritas conſtet, quod bene docent ij, qui Cainan filium Arphaxad agnoſcunt, licet eius nomen in Latino & Hebræo libro Geneſeos non reperiant; cum non deſint modi, quibus vnam tandem in ſententiam tráslatio ſeniorum cum fonte Hebræo recurrat. Ex ea verò parte minus arridet hæc interpretatio quod contra Doctorum torrenté Samſoni 20. annos Chronologicos adimere conetur, eoſque temporibus Heli abſorbeat, & iugum Philiſthinorum ab Hebræorum ceruicibus depulſum arbitretur, eo tempore, quo cæſis fugatisq; ipſis Hebræis Arca Domini in hoſtium poteſtatem deuenit. Hæc indicia non tam ſunt ſublatæ oppreſſionis antiquæ, quam nouæ tyrannidis excitatæ, vt notaui Iud. 13. q. 8. num. 12. *Explicatur.*

5. Equidem viam regiam inſiſtens communia ſcriptorum veſtigia premo, qui exactis 20. Samſonis annis, annos 40. Heli computant. Euſebius id facit in Chronico, Clemens Alexandrinus. D. Iulianus Arch. Tolet. locis ſupra indicatis Iud. 1. q. 2 Faſti Siculi, Lyranus, Iud. 10. & 3. Reg. 6. Vincentius lib. 2. cap. 68. Ado in Chronico, Nicephorus Conſt. Toſtatus, Freculphus, Genebrardus, Torniellus, Salianus l. c. Sanctius 1. Reg. initio, Bonfrerius &c. ad quos accedunt Bucholcerus, Temporarius, Beroaldus, Capellus &c. Poteſt quidem ſibi quilibet diuerticula quærere: ſed non eſt procliue efficacem promere rationem, cur non recto 20. annorum tramite à Samſone ad Heli procedatur, *Heli præfuit 40. annis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſicuti ab Abdone ad Samſonem 8. annorum ſpatium admetiri ſole...

Ad opiniones cõtrarias.

6. Solum verſio Græca, tanquam agger nobis obijcitur; ſed ab ...
non deberet, qui 3. Reg. 6. Græcos codices tanquam falſos explodunt, ...
in Geneſi Cainan filium Arphaxad ſe videre diſſimulant: ſiquidem ibi C...
omnia Græca exemplaria nobis exhibent: Heli autem 20. duntaxat ...
la Latina, nulla Hebræa, nec niſi aliqua Græca hoc loco reponunt. De...
cenſent Samſonem non attuliſſe finem ſeruituti, ſed in medio curſu...
inieciſſe; Heli verò, quod à Samſone bene cœptum erat, libertate...
cuperata feliciter abſoluiſſe: qui, inquam, hoc cenſent, non incong...
Heli vniuersè 40. annos præfuiſſe, vt Latinus & Hebræus notant, ...
Philiſthææ ſeruituris excuſſo, non niſi 20. vt numerant 70. interpre...
tem Samſonis morte ſeruitutem claudunt, facilè annos 20. anar...
dent, antequam Heli iam Sacerdos ad Reip. gubernacula manum a...
atque ita fatebuntur, ab obitu Samſonis ad Heli caſum, ab Hebræis, L...
omnibus ac nonnullis Græcis annos 40. computari, ab alijs Græcis ...
annos tribui Præfecturæ Heli, omiſſis totidem annis interregni, quod ...
ritu Samſonis effluxit. Nec temeraria videbitur eorum explicatio, ...
mabunt fortè à 70. Senioribus Heli 20. annos aſſignari, quod ille ...
temporis ſpatio populum & filios in officio continuerit: ſiquidem ob...
cauſam nõ pauci auctores Sauli duos ſolũmodo annos regni adſcript...

I. REGVM VII. v. 2.

Arca capta.

1. *Et factum eſt, ex qua die manſit Arca Domini in Cariathiarim, mul...*
dies: erat quippe iam annus vigeſimus. Notandum hic *primò.* Arcam poſt ob...
li à Philiſthæis ſeptem menſibus detentam. 1. Reg 6. v. 1. *Fuit ergo ar...*
in regione Philiſthinorum ſeptem menſibus: puta à pugna illa infelici, qua p...
mortem Heli, Ophni & Phinees, eius filij, cum triginta millibus Iſra...

Remiſſa.

occubuerunt, vt latè narratur ibid. cap. 4.

2. Notan. *ſecundò,* Arcam à Philiſthæis remiſſam fuiſſe in Cariath...
dem in Gabaa, ſiue colle apud Abinadab ſeruatam, vt hoc cap. v. ...
Venerunt ergo viri Cariathiarim & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt ...
mum Abinadab in Gabaa.

Religionis inſtauratio.

3. Notan. *tertiò,* cum iam ad annum 20. Arca in domo Abinadab h...
ctam à Samuele ſeriam apud Hebræos Religionis inſtauratione 1. Re...
tum reportatam inſignem de Philiſthæis victoriam, & quietem a ...
cutam, ibid. v. 13. Et humiliati ſunt Philiſthijm, nec appoſuerunt vltra ...
rent in terminos Iſrael. Facta eſt itaq; manus Domini ſuper Philiſth...
ctis diebus Samuelis, & redditæ ſunt vrbes &c. Hinc duæ quæſtio...
quentes oriuntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN